Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Illo t. Dixit ie. chris. s. Amen amen dico uobis: S. Johm.
nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet.
Si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Qui amat animam
suam: perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in uitam eternam
custodit eam. Si quis mihi ministrat: me sequatur. Et ubi sum
ego: illic et minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit: hono
rificabit eum pater meus qui est in celis. Tyburtij. m.
Confitebor tibi dn. r. eiw. Nemo luce accendit oplum et in mse.
ypolitj 7 soc. Rememoramini. eiw. Accendite uobis aferuido. p.
Lubesij. Beatus uir qui inuentus e. s. eiw. Nemo luce accendit.
et. In uig assumptionis s. marie
Sapientia laudabit animam suam: et in deo honorabitur: et
medio populi sui gloriabitur. Et in ecclesia altissimi aperiet os
suum: et in conspectu uirtutis illius gloriabitur. In medio populi
exaltabitur: et in plenitudine sancta admirabitur. Et in multitudine
electorum habebit laudem: et inter benedictos benedicetur. dicens.
Ego ex ore altissimi prodiui: primogenita ante omnem creaturam. Ego
quasi libanus in monte uaporauit habitacionem meam: et quasi balsa
mum non mixtum. odor meus. Ego quasi terebinthus extendi ramos me
os: et rami mei honoris et gratie. S. luce.
Illo t. Extollens uocem quedam mulier de turba: dixit ad iesum.
Beatus uenter qui te portauit: et ubera que suxisti. At ille dixit.
Quin immo: beati qui audiunt uerbum dei: et custodiunt illud. Tur
bis autem concurrentibus: cepit dicere. Generacio hec: generacio ne
quam est. Signum querit: et signum non dabitur ei nisi signum
ione. Nam sicut fuit ionas signum ninuitis: ita erit et filius
hominis generacioni isti. Regina austri surget in iudicio cum
uiris generacionis huius et condempnabit illos: quia uenit a fini
bus terre audire sapienciam salemonis. Et ecce plus salemo
ne hic. Uiri ninuite surgent in iudicio cum generacione hac et
condempnabunt illam: quia penitenciam egerunt ad predicacionem ione.